



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

250. Obtemperandum legitimis Doctoribus, esti malis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

gno Dei. Et nemo jam audebat eum inter-
rogare. *Marc. 12. v. 34.*

Idem vel simile Didagma,

Luca 10.

I. Ecce quidam Legisperitus surrexit ten-
tans illum, & dicens: Magister, quid
faciendo vitam æternam possidebo? *Luc.*
10. v. 25.

II. At ille dixit ad eum: In lege quid
scriptum est? quomodo legis? Ille respon-
dens dixit: Diliges Dominum Deum tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente
tua: & proximum tuum sicut teipsum.
Luc. 10. v. 26. & 27.

III. Dixitque illi: Rectè respondisti: hoc
fac, & vives. Ille autem volens justificare
seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus
proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit:
Homo quidam descendebat ab Ierusalem in
Iericho, & incidit in latrones &c. *Habetur*
suprà, Parab. 12. Luc. 10. vers. 28. 29. 30.
& seqq.

MEDITATIO CCL.

*Didagma LVI. Obtemperandum legi-
mis doctoribus, etsi malis.*

I. Au-

I. **A**vdiente omni populo, dixit Iesus discipulis suis: Attendite à Scribis, *Luc. 20. v. 45. & 46.* cavete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cænis: qui devorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: *Marc. 12. v. 38. 39. 40.* simulantes longam orationem. *Luc. 20. v. 47.* Hi accipient prolixius iudicium. *Marc. 12. v. 40.* Damnationem majorem. *Luc. 20. v. 47.*

II. Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, servare, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. *Matth. 23. v. 1. 2. 3.*

III. Alligant onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea movere. Omnia verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus; dilatant enim phylacteria sua, & magnificent fimbrias. *Matth.*

23. v. 4. & 5.